



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.  
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis  
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

**Stengel, Carl**

**Monaci, MDCXVI.**

Cap. XII. Reliquus vitæ D. Iosephi cursus, & pueri lesv in templo inuentio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42004**

la Aegypti itinera, manibus & brachijs illum amplexantem, tanquam diuinum Atlátem non semel eum portasse, *Qui tribus diebus appendit omnem molem terra?* *Isa 40.*  
 Ex quo liquet, ipsam etiam angelicos custodes longè præcelluisse.

*Reliquus vita D. Iosephi cursus, & pueri Iesu in templo inuentio.*

## C A P V T XII.

**N**Azaretham Iosephus cum Iosephus  
 Virgine sacratissima, IESVQ; Christum  
 puerulo, vt præcedente capite in sua do-  
 vidimus reuersus, eosdem domi mo aluit.  
 suæ aluit, vt ex D. Hieronymo  
 colligi posse videtur, & nos pri-  
 mo capite tradidimus, illum po-  
 tius Nazarenum, quàm Bethle-  
 hemitam videri: quod autè qui-  
 dam prodiderunt, illum Bethle-  
 hemi

*Luc. 2.*

hemi domum propriam habuisse, friuolum esse, vel illa D. Luctæ verba satis euincunt, vbi dicit, non erat illis locus in diuersorio. Cur non ad propriam domum diuertit, si talem habuit? aut si iam vendiderat, cur non apud amicorum quempiam hospitium sumpsit? cur ad speluncam diuertere coactus est? Certè tam ignotus esse non potuit, præsertim tam paruulo temporis spatio, ex quo Mariam acceperat,

*Hieron. de loc. Hebr.* intercedente. Est Nazareth vbi Christus egit, inquit D. Hieronymus, viculus in Galilea, iuxta montem Tabor, unde & Dominus noster Iesus Christus Nazarenus vocatus est; habetq; Ecclesiam in loco, quo Angelus ad beatam Mariam euangelizaturus intrauit; sed & aliam, vbi Dominus est nutritus; de iisdem duabus domibus & Beda meminit, cum agit de locis sanctis. Porro domus

*Bed de loc. sanct. c. 16.*

mus illa, in qua de Verbi Incarnacione sanctissima Virgo caeleste accepit nuncium, adhuc magno miraculo non tantum integra perseuerat, sed Angelorum ministerio ab infidelium manibus vindicata, in Dalmatiam primum, inde in Italiam translata est in agrum Lauretanum Piceni provinciae: quod per insigne ac nobilissimum vetustatis monumentum totus Christianus Catholicus orbis veneratur ac colit. Nec est quod quis de re gesta dubitet, qui memoriã repetat illic dictum esse ab Angelo: *Luc. 1.*  
*non esse impossibile apud Deum omne verbum.* inquit Card. Baronius. *Baron. Annal. to. 1.*  
 In altera autem, de qua D. Hieronymus, paulo ante citatus, Redemptor noster viginti annis demoratus est, ab anno videlicet octavo, usque ad annum aetatis suae trigessimũ. Ibi Iosephus no-

Domus  
 Lauretana.  
 na. *Baron. Annal. to. 1.*  
*A.C. 2.*

*Luc. 1.*  
*Baron. Annal. to. 1.*  
*A.C. 2.*

N a ster

Iosephus  
 perfectissi-  
 mē exer-  
 cuit acti-  
 uā & con-  
 templati-  
 uā vitam.

*Psal. 91.*

ster multiplicem, imò continen-  
 am occasionem habuit perfe-  
 ctissimè exercendi actiuæ & cō-  
 templatiuæ vitæ munera. Et qui-  
 dem, quod attinet ad vitam acti-  
 uam, ille Christum infantem ita  
 protexit, & enutriuit, vt quod  
 de Deo dicitur iustum protegē-  
 te: *Scapulis suis obumbrabit tibi, &*  
*sub pennis eius sperabis:* meritò de  
 Iosepho dici possit respectu Dei,  
 quem ipse scapulis suis infantem  
 obumbravit, & sub pennis sua  
 protectionis beneuolè suscepit.  
 Deinde, cū omnes Iosephus  
 externas operationes, ac labores  
 fabrilis artis ac Christi Domini  
 infantiam, pueritiam, & iuuen-  
 tutem per triginta annos nutri-  
 endam, ac sustentendam dirige-  
 ret, non potuerunt non gratissi-  
 ma esse Christo Domino opera  
 vitæ actiuæ, quæ immediatè cir-  
 ea eius humanitatem noster Io-  
 sephus

sephus exercuit. Ex his externis operibus, facilè erit, gradum facere ad interna vitæ contemplatiuæ opera, ad quæ ex visibili Christi & Mariæ exemplo, & continuâ triginta annorum præsentia ardentissimè accendebatur, & ad feruentissimos amoris actus eliciendos, potentique eorundem auxilio frequentissimè iuuabatur. Quo tamen emolumento tum caruit, cum diuino consilio duodecimo gratis anno sese puer Iesus parumper abscondit, ac parentibus domũ reuerentibus Hierosolymæ consultò remansit. Nam cum in templum suæ matris Iosephiq̃ue nutricij comes, ad Paschales ferias statas, & anniuersarias celebrandas aduenisset, iisque peractis sanctissimi coniuges ædes repeterent, sanctus puer matre, Iosephoque nescientibus ac vel pone sequi,

*Ina. Bonif.  
hast. Virg.  
l. 1. c. 14.*

Puer Iesus  
subducit  
se parenti-  
bus.

N 3      vel bus.

vel antecedere arbitrātibus, populari turbā certū illius rei tum aspectum, tum iudicium impediēte ingens sui desiderium vtrique sponso reliquit, parq; illud sanctitatis & amoris in maximo mœrore fuit, dum triduo inter cognatos & notos inueniri non potuit. At vbi in templo sedentem, & cum doctissimis quibusque colloquentem multa; acutè percontantem Maria & Iosephus omnia lustrantes repererunt, magnoperè admirati sunt, quod præter suam expectatiōnē, & puerorum consuetudinē sese parentibus subduxisset, ac sciens & prudens acerrimi doloris causam se amantibus attulisset. Erat hic mos Iudæis, cum vel in templo vel in Synagogis, ad disserendum de lege conuenirent, vt sedentes disputarent, & seniores quidem dignitate in  
 cathe-

Inuenerūt  
 in templo.

P. Christ.  
 de Castr.  
 hist. desp.  
 cap. 13.

cathedris, quæ ordine erant dispositæ: cæteri minoris ordinis in subsellij nouissimi omnium in pauimentis super mattas: quibus dabatur dicendi locus, eum quippiam illis fuisset reuelatum. Omnia tamen maiores diiudicabant. Ad hunc ergò congressum admissus puer, tam disertè ad ea, quæ interrogabantur respondebat; vt omnes quotquot aderât, & prudentiam pueri, & responsa eius stuperēt, & in exiguo corpore tantam eruditionem mirarentur. Dissoluto congressu, accessit pia mater ad eum, & amicè conquesta, tum mœsta, admirabundaq; simplici, & sincerâ interrogatione hac affata est: *Fili*

Luc. 2.

*quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quarebamus te. Nam charissimi filij amissione non dolere non poterant, qui ibi cor animumq; defixerant, vbi the-*



*Ioan. Bonif.  
hist. Virg.  
l. b. c. 14.*

*Iosephi &  
Mariæ pa-  
tientia in  
amissione  
filij.*

*Ambr. in  
c. 2. Luca.*

*Causa cur  
Christus se  
subduxe-  
rit.*

saorum condidissent. Sed qui af-  
fectus in potestate habuere, ut  
gaudia illa, quibus toties exulta-  
uerant, ratione moderati sint,  
sic etiam hunc grauissimū mœ-  
rorem ita compresserunt, suis ut  
se finibus, cancellisque tenuerit.  
Itaque non solum testimonio  
sanctorum Patrum, sed etiam  
confessione aduersariorum, ca-  
sum hunc virgo Deipara, & Io-  
sephus sapientissimè tulerunt, &  
mœstissimè deplorauerunt. Ho-  
rum etiam iudicium est, nullā  
parentum culpā filium abfuisse.  
Causam quare Christus se matri  
subduxerit, ac Iosephum quoq;  
latuerit, sanctus explanat Am-  
brosius, voluisse mundi conser-  
uatorem, duodecimo ætatis an-  
no, suæ cum doctoribus dispu-  
tationis futuræ, cum mundo  
certaminis initium auspicari, su-  
æque sapientiæ specimen dare,  
&

& eximij illius splendoris, quem diuturni silentij quasi nube contexerat, radium aliquem iaculari. Scilicet vt ab ea ætate, quæ perfecto vti iam incipit rationis, mentisq; iudicio sese paratum ostenderet ad patris iussa complenda. Iudæorum quoq; animi, vt eidem videtur Ambrosio, præparandi fuerunt, vt ne vocẽ aspernarentur Pharisæi, quæ nunquã aliàs audiuiſſent. Nam si doctor repentẽ prodiret, qui & faber, & fabri filius habebatur, sermonem inimicis daret ad obrectandum oblatandumq; propensis. Ergo huius diei progymnasmata ad viriles Christi conciones viam munierunt, neque erat aduersariis iusta criminandi caussa, quos recordari oportuit oratorem illum eundẽ esse, quem in adolescentia quasi declamatorem audiuiſſent. Et

N 5 hoc

*Luce. 2.*

hoc quidem Christi illa responsio significat: *Quid est quod me quarebatis? nesciebatis quia in his, quae patris mei sunt oportet me esse? Quae verba aspera, insulsaq; non fuisse Mariæ palato ostendit, cui vox illa dulcissima fuit, eamque subinde regustabat, atque intimis sensibus mentique penitus mandabat. Declaravit & ipse Dei filius, qui se illicò suæ Matri reddidit, atque restituit, eique triginta annos obediuit. Mortuoque Iosepho, quem credibile est ante Christi prædicationis initium obiisse, fabrilem artem, ut matrem aleret, Christus factitavit. Quod verò intulit Eu-*

*Ibidem.*

Iosephi &  
Mariæ  
qualis fuerit  
ignorantia.

*angelista: & ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos; aduersarij deprauant, & ad Virginis conuicia, contumeliasq; detorquent, cui ignorantia notam inurant. Alij contra hunc Eu-*  
angelij

angelij locum cum quadam synecdoche accipi volunt, & quod diuus Lucas de vtroque parente commemorat, ad vnum Iosephum referendum putant, qui rudior esset, neque tantos, quantos Maria fecisset in fide & in rerum diuinarum intelligētiā processus. Qui ita Virginem tuentur, in latebram se sine causā coniiciunt. Nam vt sensum verborum proprium ac simplicem retineamus, & Lucam de Maria & Iosepho loquutum fateamur, tamen suus honor beatissimæ Virgini saluus atque integer relinquetur. Notum Deiparæ erat atque perspectum sui filij celeste genus, nota diuinitas, minimè ignorabatur Seruatoris mors pro communi omnium salute. Nesciebat tamen Virgo sanctissima quomodo tantum munus velle Christus insistere. Certū

ne esset Dei filio Hierosolymæ  
viuere, an in patriam redire, ver-  
sari cum Legis doctoribus, & il-  
lud iuuentutis quasi gymnasium  
frequentare, an parentibus præ-  
stò esse; prædicationem iam tum  
exordiri, an silentium repetere  
consuetum, & felicem suæ do-  
ctrinæ nuncium in aliud differre  
tempus, nondum beata Virgo  
compererat. Nec dubium quin  
vtrique coniugi obscurum fue-  
rit, quemadmodum in reliquâ  
post vitâ se vnigenitus Dei filius  
gereret, quosue progressus in ob-  
eundo Messiaë munere facere in-  
stituisset, vt vel ex hoc ipso ad  
singulas Christi actiones suau  
admiratione defixi tenerentur.  
Audierat Virgo Christum de pa-  
tre loquentem, neq; tamen con-  
tinuò diuinavit quod negotium  
paternum significaret, siquidem  
multa latebant in illâ immensi-  
tate

tate sermonis. Quare non magnoperè videtur esse mirandum, ut Iosephus & Maria nondum caperent, quæ tum agerentur ac responderentur, in tantâ præsertim amissi charissimi filij sollicitudine, reperti voluptate. Siquidem novi spectaculi admiratione detenti, minus præsentis, paratoque animo erant ad Christi & mentem & orationem perfectè cognoscendam. Non intellexerunt tam paucis verbis tam multa & magna contineri. Neque erat facilè coniectare illis verbis absentes potius parentes, qui in filiorum educatione dissoluti esse solent, quam præsentis innocentis illos & probos notari, & perstringi. Si Origeni credimus, non intellexerunt parentes utrū Christus his verbis de templo externo, an interiori loqueretur. Mitto quæ Theophylactus, quæ

*Orig. hom. 20. in Luc.*

*Theoph. in c. 2. Lucae.*

que alij de hac ipsâ Mariâ Virgî-  
nis ignoratione discutiunt. Dio-  
nysius quidem Richelius mini-  
mè dubitat, quin verba illa: *In his  
quæ patris mei sunt oportet me esse*; ad  
æterni patris obsequium referen-  
da forè Maria putauerit: sed tẽ-  
pus tamen ac locum nesciuisse  
& vitæ cursum, atque itineris di-  
uortia non nosse. Filium quæsi-  
uit illa quidem, non quod erras-  
se, aut exceptum insidijs periis-  
se arbitraretur, sed absentia ic̃ta  
dolore vim profudit lachryma-  
rum. Nam quem ames, eius ne  
ad punctum quidem temporis  
conspectu & præsentia æquo a-  
nimo careas. Origenes arbitra-  
tur veritam esse virginem ne ad  
caelos ascendisset suo tempore  
reuerfurus ad Redemptionis o-  
pus absoluendum. Idem Diony-  
sius Lucæ verba perpendens,  
quibus Mariam eorum, quæ au-  
diret

*Dio. Eartb  
l. 2. de præ-  
con. & dig.  
Virg. c. 13.*

Cur Maria  
IESVM quæ-  
sierit cum  
Iosepho.

*Orig. ibid.*

*Dion. ibid.  
c. 26.*

dixeret, conseruatricem appella-  
 uir, in hunc modum ratiocinari  
 nos docer: Si sacra virgo alios de  
 Christo loquentes tam diligen-  
 ter attendit, si eorum verba me-  
 moriæ thesauro custodiuit, si  
 animo quæ dicerentur impressit,  
 ac secum ipsa reputauit, quanto  
 studiosius, atque cupidius filium  
 suum vel domi de diuinis rebus,  
 & Christianis sacris, quorum ip-  
 se inuentor, auctorque esset, dis-  
 serentem, vel foris & propalam  
 concionantem audiret? quanto  
 audita celerius arriperet, perce-  
 ptaque & cognita quanto sapi-  
 us mente reuolueret, regustaret-  
 que suauius? Quæ pastoribus,  
 quæ Simeoni, quæ Annæ tam be-  
 neuola, docilis, attentaque fuit,  
 qualem se tandem docenti filio  
 præstitisset? Nam Christi con-  
 cionum, vbicunque illæ habe-  
 rentur, comitē & sociam fuisse  
 Deipa-



*Epiph. her.*  
78.

*Aug. ser.*  
*de Assum.*

*Brig. Rev.*  
l. 6. c. 58.

Christus  
Mariæ &  
Iosepho  
multa ar-  
cana reue-  
lauit.

Deiparam Epiphanius, Augusti-  
nus, & præterea multi testantur.  
S. Brigittæ ostensum esse à Deo  
legimus Christum adhuc puerū  
in priuatis ac domesticis cum  
verissimā parente, & opinato pa-  
tre Iosepho colloquiis multa ar-  
cana detexisse, multā penitus ab-  
dita & retrusa amanter aperuis-  
se, tantamque Christi sermonis  
fuisse dulcedinem, vt singularē  
ex eo voluptatem vterque per-  
ciperet, & diuini amoris illa or-  
ratio flammam ingentem exci-  
taret.

Iosephus  
cum Ma-  
ria & pue-  
ro IESU  
Nazareth  
regredi-  
tur.

Exinde Iosepho & Maria Hie-  
rosolymā digredientibus, puer  
IESU descendit cum illis Naza-  
retham; vbi vtrique parenti ob-  
sequentissimus, nutritio etiam  
suo in fabrili exercitatione, quā  
victum sibi quærebant, inserui-  
ebat, tantā fuit in Iosephum,  
quoad is vixit, obseruantia. Nam  
ille

ille puero IESU legem statuit,  
 quando domi consisteret, quan-  
 do ab eâ egressurus esset; & vt al-  
 ter Iosue (qui cursum Solis verbo  
 cohibuit, *obediēte Deo voci homi-*  
*nis*) ei dicebat; ne mouearis, nunc  
 pedem fige, nunc propera: & ille  
 patris sui Iosephi obseruantissi-  
 mus, promptissimè ei obedie-  
 bat, & vestigia eius sequebatur,  
 cum alioquin esset ille, de quo  
 Ioannes dicit: *Et sequuntur Ag-*  
*num, quocumque ierit.* Rectè ergo,  
 & eleganter dixit insignis ille  
 Cancellarius Parisiensis: *Hæc sub-*  
*iectio sicut in æstimabilem notat humi-*  
*litatem in Christo, ita dignitatem incõ-*  
*parabilem signat in Iosepho: quid enim*  
*sublimius, quàm quod ei, qui in femo-*  
*re scriptum habet: Rex Regum, & Do-*  
*minus Dominantium; ei, cuius nomen*  
*est: Deus fortis, Pater futuri seculi: ei,*  
*qui Dominus exercituum vocatur; ac*  
*tandem ei, qui dicit: Mihi curuabitur*

*Ios. 10.*

*Iesu obe-*  
*dientia er-*  
*ga Iose-*  
*phum.*

*Apoc. i.*

*Gerf. serm.*  
*de nativ.*  
*Virg.*

*Apoc. 19.*

*Isa. 9.*

*Isa. 1.*

*Isa. 45.*

O omne

*Matth. 6*

omne genu, Ioseph vnus patris auctoritate imperet; & ille filiali subiectione ei subfit, & obediat, ac dicat: *Pater, fiat voluntas tua:* quod nos æterno Patri orantes dicere ipse docuit in oratione Dominicâ.

*D. Iosephus fabrilem artem, subueniente sibi Christo, exercet.*

## CAPVT XIII.

*Cap. II.*

**I**OSEPHVM fabrilem artem, eandemq; lignariam, non ferrariam exercuisse, suprâ pluribus demonstrauius. Quam autem vitæ rationem Christus Dominus cum parentibus instituerit, vsque ad trigessimum ætatis annum, Euangelistæ silentio præterierunt, quasi in cælo percipiendam, vbi summâ cum voluntate